

quam inducitur. Ubi sciendum est, quod a sensibilibus, sicut a causa per se, & principali, non est expectanda sincera veritas; quia notitia sensus, est circa aliquid per accidenti; ut dictum fuit, licet actus sensuum alius sit certus, & veri: sed virtus intellectus agentis, qui est participatio lucis increatae, illustrantis super phantasmata, cognoscitur quidditas rei; & ex hoc habetur sinceritas vera; & per hoc solentur primum argumentum Henrici, & secundum intentionem Augustini non plus concludi. Ad secundam rationem Henrici dico, quod anima mutabilis est ab uno actu disparato ad alium, secundum aliose statum obiectorum, & ius limitationem; & immaterialitatem; quia est respectu cuiuslibet entis. Similiter ab actu non actum, quia non semper est in actu; sed respectu primorum principiorum, quorum veritas nota est ex terminis; & conclusionum evidenter deducitur ex terminis, non est mutabilis a contrario in contrarium, scilicet a vero in falsum: Regule enim in lumine intellectus agentis intellectum rectificat; & ipsa species intelligibilis terminorum, licet in essendo sit mutabilis, in representando tamen in lumine intellectus agentis immutabiliter representat; & per duas species intelligibiles cognoscitur terminus primi principii, & ita illa unio est vera; & certa evidenter. Ad tertiam dicendum, quod concludit contra eum, quia non ponit nisi speciem sensibilem, vel phantasmam; non autem concludit de specie intelligibili representante quidditatem. Dicendum autem, quod si potentia sensitiva non sunt impedita, species sensibiles veraciter representant rem; sed in somno potentia sensuum exteriorum sunt ligata: ideo virtus imaginativa convertens species sensibiles, secundum diversitatem fluxus humorum capitis, apprehendit eas tanquam res, quarum sunt similitudines, quia vix verum habent; secundum Philosophum de motibus animalium; non plus concludit tertia ratio.

QUESTIO V.

Utrum in omni creatura sit vestigium Trinitatis?

De vestigio. Quidem utrum in omni creatura sit vestigium Trinitatis, quod non, quia per vestigium potest investigari naturaliter, illud cuius est vestigium: ergo per creaturam posset naturaliter investigari Trinitas; quod est falsum quia hoc excedit naturalem rationem. Item si in natura intellectuali est imago Trinitatis, igitur non est vestigium. Consequenter patet, quia ista habent oppositas, & distinctas rationes representandi: igitur non convenient eidem. Item: Natura intellectualis, quia nobilior est, habet aliam rationem representandi, quam alia natura inferioris. ut rationem imaginis: sed circa naturam intellectuales, sunt naturae multae habentes ordinem in perfectione sicut sunt animata supra inanimata, & mixta supra simplicia; ergo in eis erit alia ratio representandi, ita quod ratio vestigii non erit communis omnibus. Contra 6. de Trin. cap. ult. Operetur igitur, ut & Creatorum, per ea que

que facta sunt, intellecta discernentes, intelligamus Trinitatem, cuius in creatura, quo modo dignum est, appareat vestigium.

In ista quaestione tria sunt videnda. Primo, quia secundum Philosophum, omnes transcentes secundum aliquam similitudinem transferunt. Videndum primo est de ratione vestigii in corporalibus: unde transferunt. Videndum est nomen eius ad propositum. Secundo videndum est, quae sit ratio vestigii, secundum quam transferatur ad propositum, & in quo consistat, & respectu cuius in Deo fit ratio vestigii in creatura. Tertio videndum est, in quibus fundatur respectus vestigii sive creaturae ad Deum sive e converso, cuius dicitur vestigium.

Quantum ad primum dicitur, quod vestigium est impressio derivata ex transitu alicuius superacuum, vel plenum, ipsum imperfecte representans: & ideo imperfecte, quia vestigium repraesentat aliquid confuse, & sub ratione speciei: imago perfecte, quia sub ratione individui. Sicut per vestigium distinguitur equus a bove; & cognoscitur quod transiens est equus, non bos. Non autem distinguitur hic equus ab illo, sed imago distinguitur sub ratione individui, quia imago Jovis non repraesentat Caesarem. Quantum ad secundum articulum dicitur, quod creatura habet ad Deum triplicem relationem, sicut ad triplicem causam; & hoc secundum tres modos relativorum, quos ponit Philosophus 5. Metaph. Quantum ad primum modum refertur ad Deum, relatione fundata super unum, scilicet (a) relatione similitudinis; & hoc inquantum creatura est exemplata, & refertur ad Deum inquantum est causa exemplaris. Quantum ad secundum modum, scilicet potentiae refertur creatura ad Deum, ut productum ad producentem. Quantum ad tertium modum, scilicet modus mensurae, refertur ad Deum, et ordinata ad ipsum sicut ad causam finalem. Isti igitur tres respectus integrant rationem vestigii quia unus non sufficit sine aliis, ut colligitur ab August. 83. q. 9. 74. De duobus ovibus. &c. Habetur hic igitur in quo consistit ratio vestigii in creatura. Sed respectu cuius est ex parte Dei? Respondeo, respectu appropriatorum tribus personis divinis; nam creatura per primum respectum, scilicet similitudinis, repraesentat artem exemplaris, quae appropriatur Filio: per secundum repraesentat potentiam producentis, quae appropriatur Patri: per tertium repraesentat bonitatem finientis, quae appropriatur Spiritui Sancto. Contra illud, quod dicitur in primo membro, si tantum esset unum animal, ita quod non esset aliud possibile in universo, adhuc eius vestigium non esset eius imago, quia adhuc non esset eius vestigium similitudo totius, sed partis: imago autem est totius similitudo, & tamen tunc non repraesentat ipsum confuse, idest secundum aliquam rationem communem sibi, & aliis.

Dicitur quod sic: (b) Sicut modo Sol est universale, licet impossibile sit esse plures Soleis; & scientia quae est de Sole, est de ipsa sub ratione universalis, non de hoc Sole: & ita species intelligibilis representans universale, non autem hoc, licet universale non possit esse nisi in hoc. Contra, si respectu alicuius inquantum est hoc, vestigium non

a Henric. quod. 9. q. 1. & 2. Text. cap. 10.

b Adhuc.

litas opinabilis, est quid commune *alicui* & *nihil*, sed alia est aliquiditas, quae est propria figmentis, & alia, quae est propria rei possibili esse, quae non comparat figmentis, ex qua componitur res habens aliquiditatem, & ipso esse licet ex rationibus suis. Contra hoc est dicere, quod duplex est aliquiditas, alia *alicuius*, & *nihil*; alia vero *aliquid* tantum: sicut si diceretur, Duplex est albedo, alia *albi*, & *nigri*, & alia *aliquid* tantum. Et praeerea de aliquo rite propria entitati possibili, quae *ero*, aut illa est respectus tantum, & fundatur in aliquiditate communi, quia illa sola praecedit eam: & tunc fundabitur in nihilo, ut dictum est, & tunc erit nihil; aut illa aliquiditas propria est absolutum, & per eam distinguuntur res habentes eam, figmentis per figuram illa est prius ratio rei, & absoluta, & ita respectus non erit prima ratio rei. Praeterea secundo sic, Humanitas aut habet de se aliquid subsistere in effectu, aut cui repugnat de se aliquid subsistere in effectu, aut cui de se aliquid subsistit in effectu; non tertio modo, secundum omnem opinionem; quia hoc est proprium soli Deo. Si datur, quod de se repugnet sibi aliquid subsistere illi concepti: igitur per illum, respectum adveni ntem non potest ei competere, quod aliquid possit sibi subsistere; quia quod repugnat alicui ex parte sui, non potest ei non repugnare stante natura eius: & ita non est sibi non repugnans, per aliquem respectum advenientem: ergo conceptus humanitatis est talis, cui de se non repugnat aliquid subsistere in effectu. Sed talis est conceptus entis rati, secundum opinionem in istius Magistri; quia conceptus figmenti repugnat aliquid subsistere in effectu. Praeterea Philosophus 4. *Metaph.* (a) ex opinione dicens, omnia apparentia esse vera, infert istud in possibile, quod omnia erunt *ad aliquid*; quod non intelligit tantum denominative, quia sic omnia esse *ad aliquid* verum est, scilicet omnia alia a Deo: ergo intendit inferre pro maximo inconvenienti, omnia esse essentialiter *ad aliquid*. Haec autem opinio ponit omnia esse essentialiter *ad aliquid*; ergo ista opinio videtur ponere quod apud Philosophum est magis inconvenienti, quam omnia apparentia esse vera; quia haec conclusio, *omnia esse ad aliquid*, apud Philosophum est magis inconvenienti, quam ista, *Omnia apparentia sunt vera*. Respondetur, quod Philosophus dicit, quod omnia erunt *ad aliquid*, scilicet ad opinionem, & sensum. Contra, in argumento ducente ad impossibile, conclusio debet aequae, vel magis esse impossibilis, quam praemissa: illa conclusio illata, quatenus sic illata, non dicitur a praemissa, quae ponit omnia esse vera propter apparentiam eorum sensui, vel opinioni, nisi in hoc, quod infert omnia esse *ad aliquid*: ergo si in aliquo habet maiorem impossibilitatem, quam praemissa, est ista impossibilitas, omnia sine *ad aliquid* simpliciter. (b) Quotro sic. Humanitas inquantum humanitas, aut habet tantum *quid nominis*, aut habet *quid rei*, quod i repugnat figmentis: si primo modo, igitur de humanitate inquantum humanitas, non plus est scientia quam de Chimera, & per consequens Metaphysica, quae est de quod dicitibus, non

non magis est scientia, quam si esset de figmentis non intelligibilibus propter contradictionem inclusam in eis: si vero humanitas inquantum humanitas, habet *quid rei*, quod repugnat figmentis: ergo humanitas unde humanitas, est quid rati. & respondetur, quod humanitas unde humanitas habet aliquam distinctionem: sed illa non indicat eius rati, quia figmenta possunt habere genus, & differentias, & ita distinctione: sed ad habendum rationem completam entis rati, oportet addere respectum ad ens imperceptivum. Illud non responderet ad argumentum, quoniam Metaphysica nulla sit scientia. Similiter quod dicit de figmentis, quod figmenta habent genus, & differentiam, talium est; quia omne tale habet rationem in se factam, & includentem contradictionem, quia una pars repugnat alteri: sed tales partes nonquam sunt genus, & differentia, quia differentia est per se determinativa generis, & per consequens non repugnat ei.

Secundo contra opinionem arguitur ex dictis eius, primo sic: Quodlibet ens est forma et actus sua ratione, quod probatur, quia ratio est formaliter in actu: sed nihil, secundum ipsum, est formaliter actuum rationis, quia relatio non est principium agendi: ergo ratio non est relatio. Item secundum ipsum, nulla creatura inquantum rata, differt specie ab illo esse, quod est Deus: sed ipsum esse, quod est Deus secundum communitatem opinionem, est absolutum: quomodo igitur illud, quod est formaliter relatio, non differt specie ab eo, quod est absolutum? Item secundum ipsum, ens rationis participat eius rationem, non tamen formaliter est res rata: ergo participatio talis non est formaliter ipsa ratio: quare, &c.

Quantum ad istum articulum, dico, quod nullus respectus est ratio, hinc quo aliquid est firmum ens, vel verum ens, vel certum ens in quacumque entitate; quia omnis respectus aliquid habet, in quo fundatur, quod secundum se non est ad aliud: & in illo Priori, in quo est essentialiter ens ad se, si non est essentialiter ens certum, aut ens firmum, non erit capax alicujus respectus, per quem fiat ens rati; quia ens non rati, si fiat rati, aut fiat rati ex se, quod includit contradictionem; quia quidquid est ex se alicuique, est necessario tale, aut ab aliquo causante fiat rati: & si hoc, prius naturaliter absolutum aliquid potest terminare illam causationem quam respectus; quia formalis ratio cujuslibet termini primi producti, non est necessario respectus.

Ad rationes pro opinione opposita quantum ad istum tertium articulum: ad illud Avicenna de humanitate, dico, quod per hoc, quod dicit, quod *equitas est tantum equitas*, ly *tantum* non excludit illa, quae sunt de per se ratione equitatis, cuiusmodi est entitas rata: sed excludit illa, quae sunt per se passionis entis, ut *animus*, *actus*, &c: sicut patet sibi per litteram suam. Ad secundam, tam major est falsitas, quam minor. Major, quia animal inest per se homini, & essentialiter inquantum homo, non tamen animalitas est, quia formaliter homo est homo: sed si addatur, in majori, quidquid per se includitur in intellectu

a Text. 26. U. 27.

b i. Post. text. 41.

2. Post. text. 10.

nantur sicut in prima assignatione. Sed mensura, quae est idem, quod modus, non representat aliquid sub ratione similitudinis, sed sub ratione proportionalitatis; quia mensura producti representat potentiam illimitatam prodacendi: & sic patet quibus in creatura consistit vestigium, & respectu quorum in divinis, quia respectu appropriatorum personarum divinarum. Sed quomodo accipitur ratio vestigii in divinis, cum sit similitudo partis, cum in divinis non sit pars?

Respondetur, ut Trinitas est quasi quoddam totum numerale, saltem in conceptu intellectus nostri, persona est ibi quasi pars hujus totius; ita etiam appropriatum personae, in quantum appropriatum, est ibi quasi pars ejusdem; quia accipitur, per illo, cui appropriatur. Nec tantum hoc, sed etiam appropriabile, licet non acceptum ut appropriatum, adhuc est ibi quasi pars ejusdem; quia ejus ratio ut est, & ut concipitur complete salvatur in una persona, & per consequens ratio ejus non ponit Trinitatem, sed ponit concomitantem unitatem alicujus personae; in qua sit. Licet igitur creatura communitur non representet, nec personam ut personam, quae est in intellectu nostro quasi pars Trinitatis, nec appropriatum ut appropriatum: non enim sic cognoscitur appropriatum, nisi cognoscatur illud, cui appropriatur: representat tamen appropriabile, in quo salvatur quasi ratio partis, modo predicto, respectu Trinitatis.

Quantum ad tertium articulum, dicitur secundum Boetium de Heptadibus, (a) quod diversum est esse, & id quod est; quia illud, quae aliquid est, dicitur ratio ejus. Quod autem ipsum est, quod est vel aliquid, dicitur aliquid ejus. Hoc intellectu, dicitur, quod respectus vestigialis in creatura, non fundatur in ratione rei, sed in aliquitate tantum, & est formaliter ratio ejus. Modus ponitur iste secundum Avic. 5. Metaph. (b) *Humanitas est tantum humanitas*, ergo ratio humanitatis non est ratio: ergo oportet, quod aliquo alio extra rationem formalem humanitatis, sit ens ratum.

Arguitur etiam, (c) quod illud, quod formaliter est ratio ejus, sit respectus vestigialis. Et hoc primo sic: Quidquid includitur in per se intellectu alicujus in quantum tale, est illud, quae ipsum formaliter est tale: sed respectus vestigialis includitur in ratione cujuslibet entis ratio: ergo, &c. Probatio minoris, quia quoddam ens est quod est ipsum esse, sicut Deus: quoddam, quod non est ipsum esse, sed cui contingit esse, sicut omne aliud extra a Deo, quod non est de se esse, sed tantum est ens, cui contingit esse. Ex hoc arguitur sic: Quodcumque ens, quod non est de se esse, sed tantum cui contingit esse, non est ens ratum, nisi participando ipsum esse, vel in quantum participat ipsum esse: sed omne aliud a Deo, est cui contingit esse; & non est ipsum esse: ergo non est ratum, nisi in quantum participat esse: ergo illa participatio formaliter est ratum. Secundo sic: (d) Nihil aliud a Deo, potest perfecte cognosci sine cognitione omnium causarum intrinsecarum, & extrinsecarum.

ca--

a Opinio Henrici quod 1.3. q.9. c. quod 1.5. q.2. et quod 1.4. q.7. c.
 3. c. quod 1.2. q.3. b Ratio 1. cap. 1. c Ratio 2.
 d Ratio 3. text. 1.

etiam, 1. Physic. tunc unumquodque, &c. sed si essentia alicujus talis esset absoluta, & non includeret essentialiter respectum ad causam extrinsecam, posset perfecte cognosci, sine cognitione causae extrinsecae: ergo oportet, quod includat talem respectum.

Adjuvatur ad hoc Augustinus 9. de Trinitate cap. 3. *Videbis bonum omni boni*, &c. Item Boetius de Heptadibus: *Si paulisper per intellectum amoveas ipsum primum bonum, tunc licet sint bona, non tamen in eo, quod sunt, cum bona*: ergo auferatur ratio boni ab eis, ablato per intellectum primum bono: & per consequens bonitas formaliter in eis dicitur respectum, quae participatio summi boni. Si arguitur contra istam opinionem per Averroem 2. Metaph. quod relatio habet debilitatem esse: ergo non est, nec potest esse formaliter ratio deo cuius formaliter ratio. Dicitur, quod duplex est relatio, quaedam accidentaliter, & quaedam substantialiter, ubi vult, quod esse in, non constituat praedicamenta, sicut esse ad, pro eo, quod aliqui respectus sunt essentialiter, sive substantialiter, aliqui non. Dicunt igitur, quod dictum Commentatoris verum est de relatione accidentaliter, non de substantialiter. Si autem obijciat, quod omnis relatio praesupponit fundamentum inesse ratio, igitur non est ipsa ratio de fundamenti. Dicitur quod verum est de relatione adveniente fundamentum, non autem de constituyente fundamentum, & hujusmodi est ista, &c.

Contra ista (ut intelligatur verba illa) distinguo tria secundum opinionem illius Doctoris, in cujus dictis videtur fundari ista opinio; quia secundum ipsum res dicitur uno modo a res, ratio, quod est opinari, & sic est communis secundum ipsum figmentis, & non figmentis. Secundo modo res dicitur a ratione. Loco istorum verborum accipio verba planiora, pro re dicta a res ratio, accipio realitatem opinabilem, quae communis est, secundum ipsum figmento, & non figmento. Pro re autem dicta a ratione accipio, secundum intentionem suam, realitatem quidditativam, quae ponit rem quidditativam esse ratam per hoc, quod est exemplata: quod non convenit figmentis. Ultra ista non restat nisi realitas existentiae actualis. Habemus ergo tria per ordinem, realitatem opinabilem, quidditativam, & existentiam. Quero tunc, quid intelligit per *aliquitatem*? Si realitatem opinabilem, cum illa sit communis alicui, & nihilo, illa de se nihil est: igitur si ratio deo fundatur in aliquitate sic sumpta; sicut quidditas, vel essentia in supposito, fundatur in nihilo, & quod fundatur in nihilo, nihil est; quia quod nihil est in se, nihil est ad aliud, 7. Trinitate cap. 1. ergo ratio deo nihil est. Igitur tota res composita est ratione, & aliquitate, erunt duo nihila. Si aliquitas dicitur realitas quidditativa, quare ergo quid intelligit per *rationem*, aut realitatem quidditativam, aut realitatem existentiam. Si quidditativam, igitur dicere rationem fundari in aliquitate, est dicere realitatem quidditativam fundari in realitate quidditativa, quod nihil est: si realitatem existentiam. Contra: igitur illi realitati existentiae praesupponitur ratio, quia res secundum istam opinionem habet vere esse ratum ante se existentem, & ita non potest esse prima ratio deo esse existentem. Si dicas, quod aliquitas, quae est realitas

non est imago, habetur proprium, & hoc posito, quod per quamcumque potentiam ad hoc nihil affirmari possit; sed hoc posito, adhuc posset representare totum hoc, ut hoc, aut partem huius, ut huius. Item, si partes animalium diversorum specie, que imprimunt in molle cedens, essent similes in quantitate & figura, vestigium non duceret in cognitionem sub ratione speciei, sed tantum sub ratione generis. Similiter, si in eadem specie essent partes dissimiles in quantitate, & figura, vestigium duceret in cognitionem individuali ut hoc, licet non totius, ut representat totaliter: ergo accidentaliter differencia est species, vel non species.

Quantum ad hoc igitur dico, quod vestigium est similitudo illius partis animalis, a qua imprimitur in aliquid sibi cedens: sed similitudo expressa partis, non est similitudo totius, quia neque secundum rationem totius in se, nec etiam qua totum immediate cognoscitur; sed arguitur tantum ex hoc, quod cognoscitur illud representatum esse aliquid illius: & ideo si illud impressum sit falsum, puta, quod illud imprimens est separatum a toto, ut si per aniputata a corpore, imprimeret vestigium, erraret quis circa totum, cuius nata est esse talis pars impressiva vestigi. Patet etiam, quod si totum corpus esset ita impressum pulveri, sicut modo per est impressus, illa impressio derelicta vere esset imago, & similitudo totius; sicut modo vestigium est similitudo partis. Hoc etiam ad propositum applicandum non videtur, quod prima differentia posita inter vestigium, & imaginem, sit vera; quia nulla creatura representat Deum, nisi secundum conceptus communes, & non secundum conceptus speciales, scilicet specie specialitatem: ergo non est differentia creaturae ad creaturam in representando Deum in ratione communi, & non communi. Quod etiam dicitur in secundo membro, quod vestigium consistit in suis tribus relationibus, non videtur verum; quia licet ratio vestigi dicat respectum in, quemadmodum similitudo, realiter tamen non est respectus tantum, sicut non dicitur similitudo esse in respectu precise, sed in aliquo absoluto, in quo fundatur relatio similitudinis. Ita videtur etiam ratio vestigi non esse in respectu precise, sed in aliquo; in quo fundatur ille respectus. Et hoc probatur sic, quia vestigium est similitudo vestigati, ex quo cognoscitur illud: ergo vestigium potest praecognosci naturaliter illi, cuius est vestigium; sed relatio non potest praecognosci termino naturaliter. Item, quod dicitur, quod illi tres respectus pertinent ad illos tres modos relatorum, hoc videtur falsum; quia philosophus ex Metaph. ponens differentiam duorum modorum, ad (a) tertium vult quod in duobus primis modis sit mutua relatio in tertio autem non, sed tantum unum dicitur ad aliud quia aliquid est eius. Omnis autem relatio creaturae ad Deum est non mutua, sed tantum dicitur Deus ad creaturam, quia creatura ad ipsam ergo omnis respectus creaturae ad Deum, qui secundum tertium modum, quod autem adducit de primo modo, de similitudine, non valet; quia illa similitudo, quae est exemplari ad exemplar, non est de primo modo, quia non est similitudo univocationalis, sed imitationis, imo

pertinet ad tertium modum, sicut manifeste patet per Philosophum, qui in tertio modo ponit relationem scientiae ad scibile, & universa iter mensurati, ad mensuratum. Exemplar autem habet relationem mensurae respectu mensurati, vel exemplari: ergo, &c.

Quantum ergo ad secundum articulum, concedo quod omnis respectus creaturae ad Deum pertinet ad illum tertium modum relationum. Nec in solis respectibus consistit vestigium sed in aliquibus absolutis, & forte in aliquo respectu, sicut in tertio sui parte, secundum quod assignat Augustinus partes vestigi 6. de Trinitate cap. 30. ubi dicit de creaturae hoc igitur omnia, quae arte divina facta sunt, & unitatem quamdam in se ostendunt, & speciem, & ordinem, unitas autem est perfectio absoluta, sicut patet per exempla sua ibi, *Unum aliquid est sicut sunt natura corporum, ingeniaque animalium, &c.* Species etiam, seu forma, absolutum aliquid est, sicut patet per exempla sua ibidem, sicut sunt qualitates corporum, & doctrinae animalium. Ordo autem aliquem respectum dicit, sed non ad finem ultimum, sed ad operationem: unde dicit, *Aliquem ordinem tenet, sicut sunt pondera, & collocationes corporum, & aures; aut delectationes animalium: quare &c.* Haec tria sic sumpta representant sub ratione similitudinis tria correspondencia eis in Deo, quia unitas representat summam unitatem primi principii, a quo est origo, & quoad hoc, ait: *In illa Trinitate summa origo est rerum omnium. Species in creatura representat summam pulchritudinem in Deo: unde, & subdit, & summa pulchritudo. Ordo sive operatio in creatura representat operationem perfectissimam in Deo, & quoad hoc subdit, & beatissima delectatio.* Postulat, & alia multa in creaturis assignari, quae vel similia representant in divinis aliqua appropriata personis, puta unum verum bonum, unum in creatura representat unitatem appropriatam Patri: Verum, veritatem appropriatam Filio: Bonum bonitatem appropriatam Spiritui Sancto. Et ille omnes praedictiones substantiae sunt absolute, & representant absolute Dei praedictiones personis appropriatas. Aliter multipliciter assignatur vestigium, sive in illis, quae per rationem similitudinis representant aliqua appropriata personis, sive per rationem proportionalitatis. Deo autem proportionaliter representant, quando ratio illius representantis, non est formaliter in Deo, sed aliquid proportionale illi rationi, sicut de illa assignatione, *modus, species, & ordo*, cum qua videtur esse eadem illa assignatio, Sap. 11. *In numero, pondere & mensura.*

Augustinus super Gen. lib. 4. *Mensura omni rei modum praefigit: Numerus omni rei speciem praebet: & pondus ad quietem, ac stabilitatem irabit.* Et post *Fateamur ergo dictum esse, Omnia in mensura, & numero, & pondere disposita, tanquam dictum esset.* Ita disposita ut haberent propriae mensurae suas, & proprios numeros, & proprium pondus, quae in eis pro suis cu usque generis mutabilitate mutarentur augmentis, & diminutionibus, multitudine, & paucitate, levitate & gravitate.

Modus accipitur pro limitatione, & pro eodem accipitur mensura in illa assignatione, Sap. 11. Pondus autem accipitur ibi pro ordine, & Numerus pro specie, Numerus, sive species, & pondus sive ordo, expo-

Et aliquid, tanquam ultimum in eo, vera est: & sic minor est falsa. Cum probatur per alium. Prophylogisum, Creatura est cui contingit esse, &c. Dico, quod maior illius Prophylogisum falsa est, si per ly *inquanum*, intelligatur reduplicari aliquid per se primo modo, vel si accipiatur in maiore *participando* gerundivum; & prout exponitur per *quia*, nam si p. r. ly *quia*, intelligatur causalitas pertinens ad primum modum per se, maior est falsa eodem modo; quia per se primo modo participatio ipsa non est, quo ens est formaliter ratio. Si autem intelligatur per ly *inquanum*, causalitas pertinens ad secundum modum per se, qualis est in subiecto respectu proprie passionis, sic concedo, quod tale ens in inveniuntur tale ens, puta lapis inquantum lapis, participat esse, est ens. Exemplum, hac est falsa, si licet, quod inquantum participat, est ens. Exemplum, hac est falsa, si loquendo, *Homo inquantum rationalis, est homo*, etiam intelligendo per se, secundo modo: & multo magis per se primo modo: tamen hac est vera, *Homo inquantum homo, est rationalis* secundo modo. Sic in proposito, ista non est concedenda, *Lapis inquantum participat esse, est ens*, sumendo inquantum, ut supra dictum est. Secundo tamen modo, potest concedi aliquid in ista prima, quod lapis inquantum lapis participat ipsum esse, ita quod lapis positus in entitate rata, de necessitate, & per se secundo modo, habet respectum participationis, sine qua ipsum esse includit contrahibilem; sicut subiectum esse sine propria passione, vel fundamentum necessarium relationis, esse sine relatione, posito termino illius relationis. Tunc intelligo sic, quod in primo instanti natura est ens, quod est ipsum esse, scilicet Deus. In secundo, Lapis est ens ratum absolutum, quod nec intelligitur tunc, ut participans, nec ut non participans. In tertio est ipsa participatio, & respectus quidam consequens ad ipsum lapidem. Ad argumentum de *l. Physicorum*, de causis, dico quod aliud est relationem esse priorem cognitioni: causari cogniti per causam, & aliud ipsam includi in cognitione causari. Licet enim prius lapis habeat respectum ad Deum, quam lapis cognoscatur, & ideo non cognoscitur per se, nisi cognito Deo: tamen lapis cognoscitur, non cognito respectu ad Deum: & ex hoc sequitur, quod illi respectus non est de essentia lapidis, quia nihil per se cognoscitur: nisi cognito eo, quod est de essentia sua. Ad Augustinum dico, & concedo, quod quodcumque aliud bonum, est per participationem bonum: sed non vult auctoritas, quod participatio sit de essentia illius boni.

Ad Boetium dicendum est, quod auctoritas concludit oppositum, quia ibi ponit subtractionem primi boni per intellectum: & hoc posito, loquendo de creaturis, dicit, quod loquendo de esse carum, licet sint, & bona sint: non tamen inquantum sunt, bona sunt: sic igitur ipse subtrahens, secundum intellectum primum bonum, loquitur de creaturis secundum esse creaturarum: sed si esse creaturarum esset respectus ad summum bonum, non solum esset contradictio subtrahere primum bonum, & loqui de esse creaturarum: sed etiam non esset intelligibile, quia non est intelligibile esse respectum, subtrahendo terminum respectus. Igitur intelligit, quod esse creaturarum sit absolutum: sed bonitas apud eum dicitur quendam fluxum a primo bono: & verum est, quod

iste

iste terminus, fluxus, dicit respectum: & ideo non potest competere rei absolute. Si ergo res secundum esse suum non esset a primo bono, non essent bonæ inquantum sunt: quia inquantum sunt, non fuerent a primo bono: est ut tamen bonæ per a cident, si secundum esse aliud, fluerent a primo bono. Sicut lapis si non esset secundum se a voluntate primi boni, sed tantum secundum duritiam; inquantum durus, esset bonus, quia a voluntate primi boni esset inquantum durus, licet non inquantum lapis, vel inquantum ens. Patet igitur, quod accipit bonum, pro rebus fluxus a primo bono, & hoc etiam modo bonitas in aliis dicitur a Leo, non est, nisi quia sunt a voluntate primi boni: sed ista non est perfectio absoluta, & imperfecta creatura; & ideo bonitas secundum animam rationem absolutam, non dicit respectum ad Creatorem: licet bonitas, ut accipit ibi, dicitur.

Ad primum argumentum principale dico, quod per vestigium distincte investigatur illud, cuius est imago, scilicet pars totius, sed totum non investigatur nisi indistincte, & arguitur, sicut totum cognoscitur ex parte: ita in proposito, per creaturam non investigatur appropriatum, non tamen inquantum appropriatum: sed ipsum, quod est appropriabile in eodem se persone, et non propria personatum; & ideo Trinitas, cuius conceptus est in intellectu quasi totalis, investigatur, quasi per similitudinem partis. Ad secundum dico, quod quilibet est natura creata inquantum illis essentia, creata est secundum determinatam exemplar, & ideo quilibet representat Deum sub ratione vestigii. Natura autem intellectualis, inquantum habet in se essentiam unam, & operationes multas, inter quas est ordo originis: representat Trinitatem ratione omnium istorum concurrentium in tali natura: ita quod natura intellectualis, non eodem modo est vestigium, & imago: sicut patet magis in questione de imagine. Ad ultimum dico, quod non est in essentia creaturatum propter ordinem ipsarum, alia ratio representandi, quam ratio vestigii: sed quia in aliqua natura concurrunt multa representantia unitatem, & Trinitatem: ideo illa natura talis habet rationem imaginis, sicut natura intellectualis: talis autem concursus non est in aliqua natura interiori natura intellectuali; & ideo omnes nature alie inferiores habent precise rationem vestigii.

QUESTIO VI.

Verum in parte intellectiva sit memoria proprie sumpta, id est intellectus habens speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi?

Circa tertiam partem distinctionis, in qua Magister agit de imagine, quæro primo de memoria: Verum in parte intellectiva proprie sumpta, sit memoria proprie, id est intellectus habens speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi? (a) Et videtur quod non, quia omnis species impressa ab objecto, representat illud sub illa ratione

R. q.

ne

ae, qua imprimatur ab eo, & si imprimatur ab alio, adhuc representat suo eadem ratione sub qua representat, si imprimetur ab objecto: alioquin non esset vera species ejus, sed species, quia dicitur imprimatur ab objecto, hauriatur ab eo, ut singulariter est, in singulari actio est singularis: ergo species impressa a quocumque non potest representare universale, quia se respectu intellectus: ergo nulla species impr. illa representat intelligibile sub ratione intelligibilis, vel universalis. Secundo sic, presentia objecti, est causa presentiae speciei, & non e contra: non enim quia species est in oculo, ideo objectum est praesens, sed e converso: ergo prima representatio objecti, non est per speciem: ergo superius ponitur species propriae presentiae objecti. Tertio sic, quia ubi species est, est in intellectu, est e forma naturaliter actus ad in electionem: sed multae possunt esse in intellectu si uel, si una ponitur, & ergo omnes illae naturaliter agere ad electiones sibi correspondentes, & ergo simul essent plures electiones in intellectu, correspondentes illis pluribus speciebus. Si enim aliqua illarum ageret naturaliter, & tamen non esset intellectio secundum eam, si sequeretur, quod nunquam possit esse intellectio secundum eam: quia causa naturaliter agens, quando agit, agit secundum ultimam potentiam suam: (a) sed si tunc non potest habere effectum, nunquam habebit. Pluralitas autem ista specierum, quae sequitur ex hypothesis, improbat per illam rationem. Algazelus q. *Metaph.* quia licet unum corpus non potest simul figurari diversis figuris: ita non videtur idem intellectus, posse figurari simul diversis objectis: quod tamen sequeretur, ponendo simul plures species intelligibiles. Quarto sic, quia tunc videtur sequi, quod intellectus non pariter ab intelligibili, in quantum intelligibile, sed tantum patitur passione reali, recipiendo quandam formam, quae est sicut perfectio ejus realis: recipit enim speciem illam, ut subiectum recipit accidens reale, & ita non pariter intellectus, in quantum intellectus ab intelligibili in quantum intelligibile, & ex hoc sequitur, quod intelligere non erit motus re ad animam, imo omnis intellectio erit actio ejus absoluta: sicut forma stans non habet aliquem terminum extra.

Item potest considerari spe. illa sine actu (a) & ita non necessaria conversio ad phantasmata: Item voluntas habet obiectum sufficienter sui praesens ante circa illud potest agere, licet nihil recipiat in se ab obiecto, igitur ita potest esse in prospectu in quantum obiectum est terminatio ad actum. Confirmatur sicut est praesens voluntati, quia in intellectu: quare non ita de intellectu, & phantasmate.

Ad oppositum. Intellectus quandoque est in potentia propinqua, & accidentaliter ad intelligendum, qui prius fuit in potentia essentiali, & remota: istud autem non est in intellectu, nisi per aliquam mutationem: non obiecti, pariter, quia in obiecto tantum est relatio rationis: ergo ipsius intellectus: igitur illa mutatio, quae fit ad talem potentiam propinquam, videtur esse ad aliquam formam, per quam obiectum intelligibile, est praesens intellectui, quae forma erit prior naturaliter actu

intelligendi: quia prior est natura potentia propinqua, quae quae est potestas intelligere, quam sit actus intelligendi: illa autem forma, per quam obiectum est sic praesens, vocatur species: ergo in intellectu est potestatem speciem intelligibilem.

Alter dicitur argumentum (a) praecedens sic: quia aliter se habet intellectus: quando est in potentia essentiali, ante adhaerere, & aliter quando se habet in potentia accidentaliter ante intelligere: obiectum autem se non habet aliter, sed eodem modo: intellectus igitur se habet aliter, per b quod est mutatus, sed ut mutatus terminatur ad aliquam formam: ergo aliqua forma praecedit actum intellectus: istam non dico nisi speciem.

In ista quaestione (b) negatur omnis species intelligibilis praecedens naturaliter actum intelligendi: propter rationes postas ad primam partem quaestionis. Modus autem ponendi est iste: habita impetitione speciei sensibilis in organum sensus, & toto illo processu, usque ad virtutem phantasticam, intellectus agens abstrahit ab ipso obiecto in phantasmate, & immutat intellectum possibilem, ad simplicem apprehensionem essentiae, ita tamen, quod intellectus possibilis nullam speciem impressam recipit a phantasmate: nec est obiectum praesens intellectui, nisi quia species praesens est in imaginatione, & hoc probatur ex ista deductione: Sensus enim recipit speciem aliam ab actu, vel quia organum est ejusdem rationis cum medio: vel quia species illa recepta, est dispositio propinqua ad actum sentiendi: recipit autem neuronum istorum concurrere in intellectu, est enim intellectus virtus non organica, & d: se summe disposita ad actum intelligendi: igitur intellectus nullam speciem recipit priorem actu. Haec dicitur esse intentio Arist. 3. de anima, (c) ubi commendat antiquos dicentes animam esse locum specierum, non totam, sed intellectivam: hoc autem distinctio Arist. non videtur esse bona, intelligendo, quod aliae partes non habent species: sunt enim species in parte sensitiva: sed quia aliae partes non habent species, ut loca: sed ut subiecta habent accidentia, intellectus autem habet eas, ut locus, quia ut formam expressam, non impressam. Hoc etiam accipitur ex eo quod dicitur tertio de Anima, (d) quod speculatur quod quid est in phantasmate, & quod phantasmata se habent ad intellectus, sicut sensibilia ad sensum, & quod nihil intelligibile sine phantasmate, & plura similia dicit Philosophus. Ex his concluditur, quod nullam ponit speciem intelligibilem, quia ipsa ponitur, intellectus non speculatur, quod quid est in phantasmate, sed in specie intelligibili. Similiter non oportet intellectum converti ad phantasmata, sed sufficeret species intelligibilis, in qua habetur obiectum praesens, ad quem converteretur. (e) Si arguitur contra hoc, quia per Philosophum ibidem necesse est, quod aut res sint in anima, aut species organum: & res non sunt, ergo species. Dicit, quod ex parte intellectus est species impressa, quae est habitus, vel actus, vel species expressa, quae est species in phantasmate; vel quidditas, quae quidditas relictus in phantasmate, est

2. I. C. l. 10. 116.

b. Addit.

a. Addit. b. Henr. quodl. 4. q. 7. 8. c. quodl. 5. q. 14.

c. Tex. com. 6. d. Tex. 1. 3. e. Tex. 38.

est species respectu singularis. Non enim hic lapis est in anima, sed quiddam; quæ est speciè respectu hujus lapidis. Hæc etiam ponitur intento Aug. Quæ vult, quod verbum gignitur non ex specie intelligibili, sed ex habitu, dicit enim 16. de Trin. cap. 10. & 24. *Quod ex ipsa cicatitia, quam memoria tenet, nascitur verbum* cod. luc. 2. & 18. *gignitur verbum de scientia, qua manet in anima.* Idem ponit Doctor quædam negando speciem intelligibilem. & pertractat illam rationem de organo, quæ tacta est in positione ista.

Item: Ad (a) quod aliquid per se, & primo est in potentia per se, illud, & non aliquid recipit ab agente proportionabili, sed variis apprehensiva per se solum est in potentia, (b) ad cognitionem; Aug. 11. de Trin. c. 2. Ipsa forma, quæ visum imprimitur, visio vocatur.

Potens etiam aliam rationem talem, quia quæcumque potentia est in potentia primo ordinata ad aliquem actum primo perficitur secundum talem actum ab agente proportionato presente: sed potentia apprehensiva est potentia primo ordinata ad hunc actum, scilicet apprehensionem ergo ab agente proportionato primo potentia perficitur secundum actum istum, qui est apprehendere, & per consequens intellectus ab objecto proportionato recipit cognitionem, & non speciem.

Contra istam opinionem arguo sic, live intelligatur singulare, live non, non est cura ad propositum, certum est enim, quod universale potest ab intellectu intelligi: & magis ponitur a Philosophis, quod intellectus est potentia distincta a potentia sensitiva, propter intellectum in universali, & propter compositionem, & divisionem, & propter syllogizationem, quam propter cognitionem singularem, si posset intelligere singulare. Ex hoc igitur manente, quod intellectus potest intelligere universale, accipio hanc propositionem. Intellectus potest habere objectum actu universale, perfecte sibi præsens in ratione objecti, prius naturaliter, quam actu intelligi: ex hoc sequitur propositum, quod in illo priori habet objectum sibi præsens, in specie intelligibili, & ita habet speciem intelligibilem priorem actu. Antecedens assumptum videtur factis manentibus, quia objectum in ratione objecti est prius naturaliter actu: igitur universalitas, quæ est propria conditio objecti, in quantum objectum præcedit actu intelligendi, & sub illa ratione oportet objectum esse præsens, quia præsentia objecti, præcedit naturaliter actu intelligendi. Consequentiam proba. Primo ex parte universalitatis objecti. Secundo ex parte presentie: ex parte universalitatis objecti arguo sic visus, quantum dux prius sumuntur ex parte phantasmatis representantis, & dux ex parte intellectus agentis, & dux ex parte communioris, & minus communis. Primo arguo sic, species ex hoc, quod talis species habet eandem rationem representandi, & hoc respectu objecti sub tali ratione representabilis: ergo eadem species manens, non habet duas rationes representativas, nec est respectu duarum rationum representabilium: sed representare objectum sub ratione uni-

universalis, & singularis, requirit duplicem rationem representativam, & est respectu duplicis rationis representabilis formaliter: igitur idem manens idem non representat sic, & sic; ergo phantasma, quod de se representat objectum sub ratione singulari, non potest ipsum representare sub ratione universalis.

Vel potest (a) sic formari ratio. Eadem species, & eisdem rationis non est per se representativa objecti sub oppositis rationibus representabilibus: ratio singularis, & ratio universalis sunt opposita rationes in cognoscibili, & representabili: ergo nulla eadem species, & unius rationis, potest esse representativa alicujus obiecti sub ratione universalis, & singularis. Species inphantasmate representat singulare sub ratione singulari: ergo non potest representare sub ratione universalis idem obiectum. Major præsumitur, quia species sub illa ratione representat obiectum, quæ mensuratur ab obiecto: sed idem non potest mensurari duabus mensuris oppositis, nec e converso. Tunc enim idem dicitur secundum Philoſophum 5. Metaph. ergo eadem species non potest representare duo obiecta opposita: nec idem sub diversis rationibus obiectivis oppositis.

Respondetur, quod species eadem (b) sub alio, & alio lumine representat obiectum suo alia, & alia ratione, sicut nocte lucentia in lumine diei representant se sub ratione coloratorum: in lumine autem noctis sub ratione lucentium. Sic in proposito pro lumine intellectus, & phantasmæ eadem species potest representare opposita in obiecto. Contra representativum prius naturaliter est aliquid in se, quum in tali lumine, v. l. tali, representet, quia enim est talis species, ideo congruit sibi lumen in quo representet unum, & non aliud: alio quo possit poni quod eadem species representaret colorem, & sonum, quia species illa ut in aere tremulo representat sonum: quæ secundum, quod concurrunt medium extrinsecum medio conaturali, coniungitur organo auditus ut in aere illuminato, & percipio; & secundum quod est conveniens organo visus, representat colorem, & ita non posset ostendi aliqua distinctio representativorum. In illo igitur priori oportet intelligere unitatem speciei in se, quam consequitur unitas representationis, & obiecti representabilis per ipsam, in quantum per ipsam representatur: & ita aliquid, quod est idem in isto priori, non potest habere diversam rationem representandi, nec potest representare idem sub alia, & alia ratione representabilis.

Vel forma sic (c) rationem, lumen non representat, quia inmen in medio est eisdem rationis, sive videam nigrum, sive album: quid ergo distinguit essentialiter representativum a representato? Altera est species, & representativum albi. & nigri: & per consequens distinctio luminis non causat distinctam rationem representandi, vel representati: sed manente eadem natura representativa semper representat idem representabile: & eisdem rationis: non est ergo eadem sub diversis rationibus. Confirmatur ratio, quia representativum in lumine perfectiori, non representat aliud, sed representat idem, clar-

rius tamen, ut patet in lumine Solis, quam Luna: ergo licet species in organo phantasiae in lumine intellectus agentis, clarior representet singulare, ut intellectus possit melius illud intelligere, quam in lumine proprio, scilicet phantasiae; numquam tamen representabilis obiectum universale sub ratione universali per quodcumque tamen. Exemplum horum de nocte lucenibus, non videtur, sed conclusio opposita. Nam quæro, an eodem representatio repræsentet ita diversimode de die, & de nocte? an alio, & alio representatio? non eodem quia illa tunc representantur de die sic de nocte: quia representatio prius est aliquid in se, quam in tali, vel tali lumine represententur: si in alio, & alio representatio representantur diversa in nocte lucenibus, habentur proprium, siue idem, in lumen, siue diversam. Confirmatur, quia lumen non representat formaliter, nec est ratio formalis representatio: sed tantum est illud, in quo aliquid representatur. Videtur ergo, quod quanto lumen est perfectius, tanto in ipso præcipuus, & distinctius retinet illud, quod representativum representat.

Nec exemplum valet ad propositum, in eo est ad oppositum: quia, vel due quantitates sunt in tali corpore, ut lux & color, quantum altera multiplicat se in lumine majore præfente; alia in minori, quando nihil aliud efficax movens movet, vel utraque multiplicat se simul in luce majore: sed efficax movens tantum præcipit, & minus efficaciter movens, non percipit: sicut stella de die multiplicat radios suos, sed non videtur: quia aliud luminosius efficacius movet visum. Vel si una est quantitas sensibilis in tali corpore, ipsa virtualiter continet duo representativa. Color enim quodam modo continet lucem, cum sit lux in corpore terminato: & ideo in alio & alio lumine causat diversa representativa, alius, scilicet in (a) majore, & alius in minore: & ita semper stat, quod non fit idem representativum obiecti sub diversa ratione representabilis, quantumcumque aliud lumen, & aliud concurrat. Si respondetur, quod idem secundum eandem quodammodo potest esse simile diversis, sicut unum album, secundum eandem albedinem est simile diversis albis: hoc nihil est ad propositum; quia in relationibus ordinis essentialis, non potest esse alia, & alia (b) dependentia in aliquo, ad duo in eodem ordine, ut puta ejusdem mensurati ad duas mensuras in eodem ordine, nec ejusdem participantis ad duo participata, nec ejusdem effectus ad duas causas totales in eodem ordine, sicut probatum est in questione de unitate Dei: ergo in ista relatione, ubi non est tantummodo similitudo, sed imitatio, & exemplatio passiva, impossibile est idem absolutum referri ad diversa: & ita non potest esse eadem species in ratione representativa diversorum sub ratione diversorum. Secundo ad istud primum membrum arguo sic, quia representativum secundum totam virtutem suam representans obiectum aliquid sub una ratione, non potest simul representare idem, vel aliud sub alia ratione obiecti: sed phantasia in eodem instanti, in quo intelligitur universale, secundum

a. Scot. de luce d. 12.

b. De hoc dicitur sup. de 2. q. 3. w. 3. de 1. q. 2. c. 4. 10. q. 2.

dam totam virtutem suam repræsentat obiectum, ut singulare, vel uti phantasia, quia tunc est actualis imaginatio illius obiecti in singulari: & patet, quod secundum totam virtutem phantasmatis, quia alias virtus phantastica, non potest habere per phantasia ita perfectum actum circa obiectum, sicut obiectum natum est repræsentari, per illud phantasia; igitur tunc non potest repræsentare obiectum sub alia ratione repræsentabilis.

Item: quare non potest in (a) imaginativa esse actio, respectu obiecti actus universalis, si potest esse ibi species, respectu talis obiecti, cum actus sit quedam species?

Ex alio membro arguitur sic. (b) Intellectus agens est potentia mere activa secundum Philosophos, quia est illud, quo est omnia facere, sicut: possibile est, quo est omnia fieri, & secundum Philosophum, est sicut ars ad materiam, id est ita comparatur ad intellectum possibilem, sicut ars ad materiam: omnis autem actio realis habet aliquem terminum realem, & novum: ille autem terminus realis non est in phantasmate, quia intellectus agens nihil causat in phantasmate.

Quia illud receptum esse: extensum, (c) & ita intellectus agens non transferet obiectum ab ordine in ordinem, nec illud esse magis proportionatum intellectui possibili, quam phantasma.

Ergo est in intellectu possibili, (d) quia nihil recipitur in intellectu agente. Illud autem primum cautum non potest poni actus intelligendi, quia primum terminus actionis intellectus agentis, est universale in actu: universale autem in actu præcedit actum intelligendi, sicut prædictum est in antecedente, quia obiectum sub ratione obiecti præcedit actum.

Non arguitur hic quod phantasma (e) cum intellectu agente non possit causare intellectionem; sed non intentionem universalem, nisi prius speciem; & in illa sola est actus universalis præcedit natura intellectionem sui: & universale est primum terminus eius.

Et confirmatur ratio, quia intellectus agens (f) est facere de non universali universale, vel de intellectu in potentia, intellectum in actu, sicut dicunt auctoritates Philosophi; & Comment. 3. de Anima, dicit quod si essentia rerum essent, universales, sicut posuit Plato, non indigeremus, secundum ipsum, intellectu agente. Cum autem universale inquantum universale, nihil sit in existentia, sed tantum sit in aliquo ut representantem ipsum obiectum sub tali ratione, ista verba nullum intellectum habent, nisi quia intellectus agens, facit aliquid representativum universalis de eo, quod fuit representativum singulare: quomodo cumque illud (de) intelligatur materialiter, vel virtualiter, hoc realiter est facere representativum sub ratione universalis, quia actio talis non terminatur nisi ad representativum obiecti sub ratione universalis: ergo talis actio intellectus agentis terminatur ad formam aliquam

rea-

a. Addit. b. 3. de Anima. 1. c. 18. 2. de Anima. 1. c. 17.

c. Addit. d. Avic. 4. de Anima. 1. 19. e. Addit.

f. Comment. 18.

realem in existentia que formaliter representat universale in quantum universale, quia aliter non posset terminari actio ejus ad universale sub ratione universalis.

De eorum quod terminatur (a) actione intellectus agentis, est obiectum universale sub ratione universalis lucens in phantasmate. Contra, universale obiectum sub ratione universalis lucens in phantasmate, non habet nisi esse diminutum, quia esse representatum in imagine, sed si aliquod esse habet, hoc est in quantum in aliquo, ut in representantem ipsum sub illa ratione universalis: ita scilicet quod intellectus agens, acus dictum esse, facit aliquid representativum universale de eo, quod fuit representativum singularis, cum terminus actionis realis non sit obiectum habens esse diminutum, ut esse cognitum, vel representativum, sed quod reale, sequitur quod talis actio intellectus agentis terminatur ad formam realem in existentia, qua formaliter representatur universale ut universale, & quam formam realem committitur terminus intentionalis, ut obiectum universale secundum esse representativum, quod habet in specie.

Item secundo, secundum illam viam sic: intellectus agens in ratione activi non excedit possibilem in ratione passivi: ergo quidquid causatur ab intellectu agente, recipitur in possibili: ergo primus terminus actionis intellectus agens recipitur in possibili: Et ita cum prima actio intellectus agentis sit ad universale in actu, illud universale, vel illud, quod ipsum habet esse tale, recipitur in intellectu possibili.

Hic dicitur quod actione intellectus (b) agentis solummodo removeretur prohibens, sequestrando quidditatem a singularitate, non in essendo sed se immutando, nec agit in phantasma, nec in intellectum possibilem, sed contingit phantasma virtualiter. Hoc sic exponitur. In phantasma esse quid, & hoc in lumine concreto possibili; ipsum autem quid est motum possibile sic illuminatum hic, non. Exemplum: Si Sol illuminaret album, & dulce: album moveret medium illuminatum dulce sibi conjunctum, non ergo lumen abstracti colorem a dulcedine, & sequestrat quantum ad immutare, & removeret prohibens non immutando: Contra: Aut quid in phantasmate habet sufficientem virtutem a figure immutandi possibilem ad intellectum universale? & sequitur quod universale non est terminus actionis intellectus agentis, aut non, & requiritur aliud agens proprie agens eo modo, quo ipse quid deest virtus a figure proprie. Item hoc con. unctum quid non prohibet sicut nec quid esse, ita nec esse motum intellectus. Item Removeret prohibens habet actionem propriam actioni illius, a quo prohibetur. Da illum hic, & in quid, & ad quem terminum terminatur: Sed hoc solvitur per illud, hoc sic exponitur; quia arguitur contra proprie remoueri, non contra disponens passum ad recipiendum.

Secundum tertiam viam arguitur primo sic. Habitus minus universalis, & magis universalis, sunt distincti habitus proprii, alioquin Metaphysica, ut Metaphysica non esse habitus distincti intellectus, quia est

esse de universalissimo obiecto ad omnia alia obiecta: habitu autem universaliori contingit uti, non utendo aliquo alio habitu minus universalis: ergo contingit habere actum circa universalis eo modo, quo respicitur ad habitu illo universaliori, non habendo actum circa minus universale: sed non habetur actus intelligendi circa universalis, nisi ipsum sub tali ratione sit præsens intellectui sub ratione præsentis, & non habetur actus in telligendi circa ipsum in ratione præsentis, nisi sub ratione universalis: ergo universalis potest esse præsens intellectui absque præsentia alioquin minus universalis. Sed si præcise intelligitur obij. sicut in phantasmate, nunquam esset majus universale præsens, nisi in minus universalis, quia nunquam nisi in singulari phantasmate: ergo est præsens in specie intelligibili existente in intellectu. Item ultimo quoad hanc viam arguo sic. Universalis nunquam apprehenditur quantum ad suam indifferentiam totam, quando apprehenditur in suo inferiori: tota enim indifferentia universalis est, secundum quod ipsum ut conceptum, est idem cuiuslibet inferiori. Nunquam autem communis, ut conceptum tantum in inferiori aliquo est idem cuiuslibet inferiori suo, sed præcise illi, in quo concipitur: ergo quodcumque universale conceptum in singulari vel communis in minus communi, non concipitur secundum totam suam indifferentiam. Possit autem intellectus concipere illud secundum totam suam indifferentiam: ergo non concipitur præcise communis in minus communi, vel universalis in singulari: & ita non præcise concipitur universale in phantasmate: phantasma enim non est proprie nisi ipsum singularis, & hoc in quantum est singulare speciei specialissima, & hoc sic phantasma sit sibi ipsum ab aliquo d. b. b. propinquato. De secundo membro, scilicet, presentia obiecti, probatur illa consequens prima, primo sic. Aut intellectus potest habere obiectum sibi præsens in ratione obiecti intelligibilis absque hoc, quod sit præsens alibi potentie inferiori, aut non? Si non, igitur non potest habere aliquam operationem sibi propriam, sine potentia inferioribus: quia si non potest habere obiectum suum sibi præsentem sine eis, non potest habere operationem sine eis: igitur nec esse sine eis secundum argumentum Philosophi in 1. libro de Anima: unde non contingeret intellectum separari a corpore, sicut perpetuum a corruptibili, nisi possit habere obiectum proprium non dependentem a parte sensitiva. Si autem potest habere obiectum præsens absque ejus presentia sensitiva. Si autem potest habere obiectum. Hæc consequentia probatur, quia agentia talis presentia obiecti, scilicet phantasma, & intellectus agens, sunt sufficienter appropinquata intellectui possibili, & agunt per modum naturæ, & ita causant necessario in illo præsentiam, cuius est receptivum. Modo obiectum non est præsens intellectui possibili in cognitione abstractiva ante actum elicium, nisi per aliquod representativum, quod voco speciem, & sic habeo propositum. Secundo sic. Alia potentia cognitiva habent obiectum præsens eis, non solum præsentia litate secundaria, scilicet quia illa sunt presentia alia potentia inferioribus, sed propria presentia litate, sicut sensus communis habet colorem sibi presentem, non tantum in quantum est præsens visui, sed quia habet speciem ejus presentem in organo sensus communis: ergo cum hoc sit perfectio in potentia cognitiva, scilicet, posse habere obiectum sibi præsens

sub ratione, quæ est obiectum talis potentie, se patitur quod intellectus non tantum potest habere obiectum sui præsens, quia præsens est virtuti phantastica; sed propria præsentia, in quantum scilicet relinquitur intellectui per aliquid, quod est in intellectu. Item potentia non potest habere actum nisi circa obiectum sibi præsens, si non potest habere illud præsens, nisi per aliquid aliam potentiam, cui conjugatur contingenter, debent esse in operatione suas a tali potentia sibi contingenter, conjuncta, & ita est imperfecta. Intellectus, certum est, quod non potest habere operationem, nisi circa obiectum sibi præsens, & per te, non potest habere obiectum præsens sibi, nisi in virtute phantastica: virtus autem phantastica contingenter conjugatur intellectui: (a) in quantum potentia est: igitur intellectus in operatione sua dependet ab illa potentia, cui contingenter conjugatur: & ita hæc positio ponit in ea imperfectionem potentie cognitive. Nulla autem imperfectio est ponenda in aliqua natura nisi necessitas appareat in tali natura: ergo imperfectio talis non est ponenda in intellectu. Si objicias: Pluralitas non est ponenda, nisi ubi est necessitas: hic autem non est necessitas, cum ita bene possit potentia intellectum habere actum sine specie, sicut cum specietur non est ponenda talis species. Respondet, necessitas est quando perfectio nature hoc requirit: Licet autem hoc suppositum, quod est *homo*, possit habere obiectum sibi præsens in phantasmate, quia homo est; tamen natura intellectualis hominis, ut intellectualis est, non habet obiectum sufficienter sibi præsens, si non habet ipsum, nisi præsentia medicata a virtute phantastica. (b) Hoc igitur mulem vilicet naturam intellectivam, ut intellectiva est; quia remouetur ab ea illud, quod est perfectio in potentia cognitive, & invenitur in potentia sensitiva, ut in virtute phantastica. Ponitur igitur hæc pluralitas propter necessitatem, quia propter perfectionem nature perfectioris salvandam maiorem quam sit natura imperfectioris, vel saltem æqualem.

Ad questionem ergo dico, quod est necesse ponere in intellectu speciem intelligibilem, priorem naturaliter actu intelligendi, propter rationes iam positas ex parte obiecti, in quantum universale, & in quantum præsens intellectui. Quæ duæ conditiones, universalitas scilicet, & præsentia, præcedunt naturaliter intellectionem. Hæc etiam videtur intentio Aristotelis, qui 3. de Anima (c) vult quod anima se quodammodo omnia, quasi probandis, exponit se: quod est per sensus sensibilia, & per intellectum non est scientiam sensibilia. Quod aliqui exponunt, quod non loquitur unior niter hic, & ibi, quia d. sensu loquitur quantum ad speciem impressam: de int. illam autem quantum ad habitum scientiam. (d) Sed hæc expositio non videtur esse ad intentionem Philosophi, quia sicut antiqui posuerunt animam esse omnia realiter, ut omnia cognosceret: sic Philosophus ponit eam esse omnia, non realiter sed per quandam similitudinem. Si autem per sensum esset sensibilia propter similitudines impressas, & per intellectum esset intelligibilia; aut

hoc

a 1. Phys. text. 5. & 10. 8. Phys. text. 6. & 2. de Gener. Text. 59.
b De bo. Scot. text. 2. a. 3. q. 11.
c Text. 37. d 1. De anima 1, 25. & inde.

hoc esset propter scientiam, quæ est in intellectu & ita non esset sensibilia propter similitudinem, quia scientia de se non est similitudo intelligibilis, etiam scripta o nisi alia specie obiectum representante: aut propter aliquid phantasma representans obiectum intelligibile, & tunc non esset anima intelligibilia omnia per intellectum, sed omnia per phantasma: nihil enim esset nisi representans intelligibile, nisi phantasma tantum, secundum positionem istam.

Item Aristoteles 8. Physicorum (a) ponit quod acquisita scientia reducitur intellectus de potentia essentiali ad accidentalem: quero quid intelligat per scientiam? non habitum sequentem actum, quia quando intellectus agit, non fit in potentia essentiali. Manifestum est igitur quod formam præcedentem actum, ergo speciem intelligibilem. Probatur cum quia phantasma non reducitur intellectum de potentia essentiali ad potentiam accidentalem, cum, quoniam omnia illa scientia, que dicitur habitus accidentalis primi obiecti, esset in phantasma: ergo in esse omnis habitus de eodem, quia secundum Philosophum 9. Metaph. idem habitus intellectus, & scientia.

Expressus tamen est ad illud intentio Augustini: quod deduco sic: nihil enim sufficienter natum est gignere notitiam actualem, nisi ipsum habeat obiectum prius naturalem, quam actum, præsens sibi in se, vel in aliquo representante ipsum: sed negando speciem intelligibilem, tota pars intellectiva non habet actu intelligendi obiectum sibi præsens in se, nec in aliquo representante: ergo negando speciem intelligibilem, nihil in intellectiva parte erit sufficienter natum gignere actum intelligendi: & ita nihil in parte intellectiva erit sufficienter memoria resp. cu. talium intellectionum (b), vel significationum, quod negat Augustinus 12. de Trinit. cap. 4. Si Respondet quod memoria est in parte intellectiva proprie sumpta per hoc, quod intellectus factus est in actu primo intelligendi & sic est actus resp. cu. secundi actus intelligendi, ita quod habens notitiam primam consequens, actus est respectu notitiæ secundæ distinctæ. Contra hoc est contra opin. illam, & contra Aug. contra opin. Quia ponit quod universale ut in phantasmate, est sibi quasi in memoria ut autem movens ad actum intelligendi est sibi præsens quasi in intelligenti: ergo per istam opinionem nullus actus intelligendi est memoria, sed intelligentia: est etiam hoc contra August. Ut apparet de Trinitate 15. cap. 21. Memoria (inquit) tribuens omne, quod sciuntus, & si non inde cogitatur intelligentia vero proprio modo quodam tribuens cogitationis informationem, & sibi eodem 15. & 7. Nihil intelligimus nisi per intelligentiam. Similiter arguitur ratio, quia actus ille quo memoria est in actu primo aut est idem cum illo actu intelligenti & tunc idem erit ratio gignendi se; aut erit alius: & tunc vel erit simul cum actu intelligenti, & tunc duo actus erunt simul; aut non & tunc memoria formaliter gignet, quando non erit; Est enim memoria formaliter per te, per illud quod non est quando gignitur actus secundus. Si etiam dicas, quod memoria est memoria per habitum scientialem, hoc non stat cum opinione. Quia dicit, quod per habitum

Tm. I

S

non

a Ad 1. 2. 3. 4. b De bo. 15. c 16.

non est obiectum præsens nisi in phantasmate, & ideo habentem habitum oportet recurrere ad phantasia, ad hoc, ut a tu intelligat: ergo non est obiectum præsens per habitum sicut alio precise, sed per phantasia, quod non est in parte intellectiva, & hoc magis patet respondendo ad auctoritates August. ponentis scientiam in memoria, & non speciem impressam in intellectu, sicut arguitur ex verbis eius.

Ad questionem ergo dico, quod oportet ponere in intellectu, ut habet rationem memoria, speciem intelligibilem representantem universale, priorem actu intelligenti naturaliter: & hujus non estis est duplex. Una est conditio per se obiecti, que est universalitas que ut per se ratio obiecti, semper præcedit actum, quod non esset, nisi esset species impressa in intellectu. Alia est conditio, & dignitas potentia superioris, ut ipsa visitetur, quomodo autem visitetur, dictum est supra. Ad evidentiam ergo questionis, sciendum, quod memoria potest accipi tripliciter, vel intellectus sub ratione memoria. Uno modo, ut est conservativa specierum præteritorum, ut præterita sunt. Et isto modo loquitur Philosophus in Memoria, & reminiscencia: alio modo, ut est conservativa specierum representantium obiecta in se, sive sint realiter, sive non. Et hoc modo loquendo de memoria, dico, quod oportet ponere speciem in intellectu, ut habet rationem memoria, tum propter universalitatem, tum propter dignitatem, potentiam. Tertia modo accipitur prout habet aliquid principium efficiendi aliquam notitiam actualem, quod tamen non manet sine actu secundo, quomodo possunt accidere, speciem in intellectu nostro; & de ista dicitur in questione sequenti. Hec, & que supra probavi, videtur esse intentio Philo. 3. de Anima, ubi dicit, quod anima est quodammodo omnia intelligibilia per intellectum, sicut sensibilia per sensum, quod non potest intelligi per habitum, quia non est similitudo representativa obiecti, quia sequitur actum aliquem habitus omni.

Et confirmatur hoc, (a) quia habitus scientie, per quam reducit intellectus de potentia essentiali ad potentiam accidentalem respectu actuum, de quo loquitur Philo. 2. de Anima, & 8. Physic. necessarii præcedit actum intelligendi. Scientia autem, que habitus est, sequitur actum, eo quod generatur ex actibus. Unde ista scientia, que reducit intellectum de potentia essentiali, ad potentiam accidentalem, est species, que vere est habitus, quia nata radicari, & firmari in intellectu. Sed tamen non omnis habitus, est species, quia habitus actualiter radicatus, & firmatus, non est species, que præcedit actum, nata radicari, & firmari: quia ista postea firmatur per actum. Item, secundum istum, non videtur aliquis habitus ponendus in intellectu nostro, sed tantum in virtute phantasticæ, quia secundum quemcumque modum essendi, est obiectum in aliqua potentia; secundum eundem modum essendi, sunt omnia, que continentur in isto obiecto virtualiter: igitur hoc obiectum non fit per suum representativum in intellectu, sed in virtute phantastica, omnia explicanda, & explicabilia de illo obiecto, erunt ibidem: & ita non erit

erit nisi habitus phantasticus (precipue si phantasmata ordinate concurrant) explicans omnes veritates scibiles de illo obiecto: & omnia scientia erit in phantasia, & perfectio eius non erit perfectio intellectus contra Philosophum: Et sic omnia ista species in phantasia, virtute sua continentur a Tu intelligitur; ergo actus iste erit in phantasia. Item August. 1. de Trinita. cap. 4. & 15. cap. 3. investigat Trinitatem, ubi dicit, quod impossibile est accipere inaginem Trinitatis ex anima nostra, vel in mente, nisi per hoc, quod aliquid est in memoria, ex quo exprimitur aliquid. Tunc arguo sic: si in mente est aliquid exprimens verbum, oportet quod hoc sit per aliquid in intellectu; sive existens in memoria: sed non est exprimens verbum, nisi memoria habens obiectum menti præsens intra se, alia non erit exprimens: (a) ergo cum obiectum non sit præsens in memoria quod dicitur, & realiter, nec ut est in phantasmate, necessario erit præsens per speciem intelligibilem.

Ad argumenta in oppositum principalia, primo apparet, quod istud argumentum primum non cogit. Quia si valeret, concluderet contra omnem opinionem, quod nullo modo possit intelligi universalis: quidquid enim sit illi, per quod universale representatur, similiter representabit, sicut si esset impressum ad obiecto: sed si imprimeretur ab obiecto, imprimeretur a singulari, quia actus est singularis, sicut argumentum dicit, ideo respondendo, quod alia potest esse ratio agendi, & alia ratio agens, singularitatis est conditio agens, non ratio agendi: sed ratio agendi, est ipsa forma existens in singulari, secundum quam singulariter agit. Cum ergo accipitur, quod quemcumque species gignitur ab aliquo, representat ipsum secundum illam rationem, secundum quam gignitur ab eo: si intelligatur de ratione gignentis, falsa est: si de ratione gignendi concedi potest. Et tunc non sequitur, quod representent eum sub ratione singularis, sed sub ratione nature, quia ratio nature est ratio gignendi. Sed ista responsio non videtur sufficere, quia ita videtur, quod species in sensu representaret universale, & non singulare: quia ratio gignendi speciem in sensu non est singularitatis, sed ratio nature. Ideo generaliter respondendo, quod quando species gignitur ab aliquo, sicut a totali causa, representat ipsum sub illa ratione, sub qua gignitur, loquendo de ratione gignendi; & etiam representat ipsum concomitanter sub ratione gignentis, aut saltem non sub ratione opposita rationi gignentis. Et ideo species in sensu non representat obiectum sub ratione universalis, que est conditio opposita rationi gignentis singularis: sed in proposito obiectum non est causa totalis gignentis respectu speciei intelligibilis; quia cum ipso agit intellectus agens, sicut partialis causa: & ideo cogitatur ab illis duabus causis, potest representare obiectum sub opposita ratione singularitatis, que est ratio gignentis. Ad secundum de presentia ista, dico, quod obiectum respectu potentie, habet primum presentiam realem, scilicet approximationem talem, ut possit gignere speciem talem in intellectu, que est forma intellectus. Secundo, per istam speciem genitam, que est imago

tractatum ad ipsam, seu per eius dispositionem receptivi. Alia multa con-
ceptantia possunt esse nisi circa illud vocabulum, locus, circa quod non
oportet multum in notari. Quod additur de Philosopho, quod se cu-
lamus quod dicitur esse in phantasmate, &c. pro omnibus talibus au-
toritatibus dico, quod talis est compositio istarum potentiarum, scilicet
phantasia, & intellectus pro ista illa, quod nihil intelligimus in univer-
sali, nisi cuius singularis phantasia non; nec est alia conversio ad phan-
tasmatum, nisi quod intelligens universale imaginatur singulare eius, nec
intellectus videt, quod quod est in phantasmate, sicut in ratione vi-
dendi: sed intelligit, quod quod est lucens in specie intelligibilis, vi-
det illud in quo singulari visio per virtutem phantasiae in phantasma-
re. Quod adducitur de Augustino, quod non ponit speciem intelli-
gibilem in memoria, sed scientiam. Respondeo, & dico, quod ubi ponit
scientiam, statim ponit aliquid, quod includit speciem intelligibilem,
licet non utatur illo vocabulo, quia 15. de Trinit. cap. 10. cum pra-
mississet, ex ista scientia, quam memoria tenemus, & generatur verbum,
subdit, quod formatur cogitatio ab ea re, quam scimus, verum est.
Et ibid. e. 11. cum praemississet, similitudo est visio cogitationis, visio-
nis scientia, subdit: Quando ergo quod est in memoria, hoc est, in ver-
bo, tunc est verum verbum. Et cap. 11. tunc enim est verbum similitu-
dinem rei, de qua cogitur, & imago eius, quando de visione
scientia visio cogitationis exoritur, subdit: nec interest, quando id
didicerit, qui quod scit cogitur. Si autem e. 22. Quando ad memo-
riam meam actum cogitationis meae adverto, ac si in corde meo dico
quod scio, &c.

Item 15. de Trinit. 27. (a) quando loquitur de luce in qua videntur
vera; ipsa inquit ostendit verbum verum esse in se, quando de
scientia tunc cogitur, id est, quando quod scimus, dicimus. Hac ille.

Ex istis omnibus apparet quod illud, quod Augustinus tribuit memo-
riae, ratione scientiae, ut dicitur, exponit se fieri per de objecto praesente
in memoria: non est autem obiectum praesens in memoria, ut memo-
ria intellectiva est per scientiam, ut est habitus distinctus a specie:
ergo oportet, quod istam praesentiam esse intelligit per scientiam intelli-
gibilem, & sub illa ratione, sub qua distinguitur ab habitu scientiae pro-
prie sumptae. Et hoc modo etiam debet accipi illud verbum Philosophi
3. de Anima, (b) qui cum praemississet, quod anima est ordinata
omnia; subdit, quod per sensum est sensibilis, & per scientiam libi-
la. Scientia quippe ibi tam apud Philosophum, quam apud Augu-
stinum in locis praedictis, accipitur pro ipsa praesentia habitus obiecti in
memoria intellectiva: quae praesentia habitualis est virtualiter scientia,
quia in obiecto se praesente concipitur virtualiter tota scientia de tali
obiecto.

Hec species est illa scientia, quae reducitur intellectum de potentia es-
sentiali ad accidentalium, secundum Aristotelem 8. Physicorum, & 2.
de Anima; (c) non autem illa, quae proprie dicitur scientia, quae est
habilitas quaedam directiva ab actu. Nam ante istam ab primo
actu

actum considerandi requiritur, quod sit iam reductus intellectus de
potentia essentiali ad accidentalium; alioquin non operaretur tunc
magis, quam prius. Unde in cognitione species, in qua reductus quae-
ditur, dicitur scientia, non tantum virtualiter, quia totam conti-
net, sed formaliter potest dici habitus cognitivus, quia est qualitas
manifesta in intellectu ad ponenti ipsum ad actum.

Et hoc habetur argumentum pro specie intelligibili, quia non vi-
detur, quomodo aliqua scientia tota dici potest sine ratione primi obiecti,
nisi quatenus illa scientia continetur virtualiter in illo primo obiecto
intelligibili. Non enim tota illa scientia dicitur una ab obiecto, quate-
nus relictum est in phantasmate, quia illa non est unitas aliquid habitus in-
tellectuales, quod aliquid imaginariis. Quod arguitur post in secunda
opinionis, quod potentia, quae est ad aliquid actum ordinata, actuatur
primo per illum actum; dico, quod quilibet potentia apprehensiva,
ut apprehensiva est, est in potentia ad apprehendere primo primatate per-
fectionis, licet non primo primatate generationis; & quandoque primo
primatate generationis, quando scilicet obiectum in se est praesens tali
potentiae, ut actu cognoscibile ab ea. Tunc enim non oportet ante
actum in potentia aliquid fieri, in quo ipsum obiectum fit praesens,
sed primum, quod sit ab eo est actus. Quando autem obiectum non est
natum in se esse praesens, sub ratione actu cognoscibilis a tali potentia,
tunc quilibet potentia apprehensiva, est in potentia ad apprehensionem
actum; & ad illud, in quo cognoscibile erit praesens, & prius ordine ori-
ginis est in potentia ad habendum istam praesentiam, quam ad habendum
actum; & ita est in proposito: Sensibilia enim non sunt nata in se esse
praesentia intellectum sub ratione actu intelligibilium, sed tantum in spe-
cie intelligibili possunt sic esse praesentia; & hoc quantum ad intellectio-
nem abstractivam; de qua est sermo in proposito: & ideo potentia app-
rehensiva respectu talium, est in potentia ad duplicem actum, & ab-
agente apto simato prius ordine originis recipit priorem actum, quam
posteriorem; nec tamen intelligo ita istos actus esse ordinatos, quod prior
fit ratio recipiendi respectu posterioris, sicut scilicet superficies est ra-
tio recipiendi albedinem: tunc enim intellectus respectu nullius intelli-
gibilis recipere potest actum secundum, qui est intellectio, nisi prius ha-
beret actum primum, ut speciem ejusdem obiecti. Sed intelligo, quod
intellectus de re, est ratio immediata recipiendi obiectum non esse natum esse
actum tamen inter se sunt ordinati, quando obiectum non est natum esse
praesens in se, quia tunc oportet prius naturaliter esse illum actum, quo
praesens est, ut intelligibile, quam illum, qui elicitur circa
obiectum intelligibile, ut praesens. Si inhiat contra istam solutionem,
quia nunquam pluralitas est ponenda nisi propter necessitatem 1. Phys. (a)
Hic autem non videtur necessitas, quia obiectum videtur sufficere praesens
in phantasmate; ergo non est ponenda ista species in intellectu. (b)

Respondeo, quod necessitas est semper dignificare naturam nobillem,
quando non apparet aliquid manifeste repugnans: sed magna utilitatem
naturae intellectivae, ut intellectiva est, videtur esse, quod non possit ha-
bere

Anima, sed supposito hypoth. si, non considerans actum, est in potentia essentiali respectu illius, & vocatur potentia essentialis, quando ad h. c., quod exeat in actum, non cessat praeexistere, quod acquirat aliquam formam, per quam exeat in actum. Secundo sic. Nilul praecedens actionem magis requirit actionem coexistentem, quam principium illius actionis, ex quo est prius actione, sicut & principium agentis; sed principium agentis non necessitat requirit coexistentiam actionis, quia omnia principia naturalium possunt impediri ab actionibus suis, ut propter dispositionem subiecti, instrumenti, vel organi, & tamen habent principia: ergo cum species sit naturaliter prior actione intelligendi, ut patet ex praedictis, non coexistit existentiam actionis & sic transeunte, vel non exstente actu intellectus, manebit species intelligibilis. Tertio sic. Prius natura possit esse siue posteriori, nisi in priori sit necessitas respectu posterioris, ut est in subiecto respectu proprii accidentis: sed species est prior actu intelligendi, & non facit necessitatem respectu actus intelligendi: cum, quia intellectus est voluntaria per participationem, quia intelligimus, cum voluntas, *sive anima*, tum, quia non obstat, quod intellectus habeat speciem intelligibilem, (a) potest impediri ab actione, sicut dictum est; ergo. &c. Quarto sic. Quod est perfectio in inferiori, est eminentius in superiori eisdem rationis, & generis: sed transeunte actu imaginationis, siue sensitivae partis, retinetur species est perfectio: ergo eminentius hoc erit in parte intellectiva: est enim intellectiva eisdem generis cum sensitiva per rationem, quia cognitiva, sicut sensitiva eminentior tamen. Minor probatur: Nam in quolibet perfectio est, quanto minus indiget aliquo extrinseco in sua operatione: sed ceteris paribus, retinendo perfectio fit minus indiget extrinsecis in operatione sua: ergo hoc est perfectio in eo. Probatur etiam ex alio, quia omne illud, quod arguit independentiam, est perfectio: sed habere speciem, & non intueri, vel actu intelligere, arguit, quod intellectus non dependet ab actu intelligendi: ergo, &c. Aliqui adducunt unam rationem ad propositum, quae magis congrua est, quam ratio, & est talis: Uniuscuiusque permanentia attenditur pens nobilitatem, vel ex parte nobilitatis illius, quod recipit, siue recipientis: Nam *omne quod recipitur, recipitur per modum rei recipientis*, non per modum rei receptae. Cum igitur species sit res nobilis, & recipitur in intellectu, qui est incorruptibilis: ergo ipsa manebit actu non manente. Respondet, Non valet: Nam actus est res nobilior, quam species, & recipitur in intellectu: ergo in intellectu lapsus non manente, non sequitur.

Ad questionem (b) igitur dicendum, quod manent species in memoria, actu intelligendi non manente. Cuius ratio est, quia ut habetur 3. de Anima. *Intellectus inquantum intellectus, potest esse sapiens de se*: sed de se nullo modo est sapiens de aliquo subiecto, nisi inquantum esset sibi praesens in ratione cognoscibilis: sed hoc non contingit nisi per speciem intelligibilem: ergo. Sed tunc restat una difficultas, cum ex quo habet speciem, in qua relucet obiectum, quare in actu intelligendi oportet intellectum converti ad phantasmata, & quod oportet converti di-

cit Philosophus 3. (a) *de anima*, dicit enim quod quiddam intelligimus, necesse est simul phantasmata speculari. Hoc etiam offenditur experientia, alias lato organo phantasia posset esse intellectus in actu recto intelligendi, ex quo species habuisset cuius conerariem videmus. Ad hoc respondent quidam, quod pro tanto oportet fieri conversionem ad phantasmata, quia proprium obiectum intellectus non ulla est quidditas rei materialis, quae non est nisi in hoc singulari, vel in illo: ideo non cognoscitur perfecte, nisi existens in hoc, vel in particulari, vel singulari. Singularium autem est phantasma: & ideo oportet, quod ad hoc, quod intellectus intelligat obiectum suum, quod convertat se ad phantasma, ut speculetur naturam universalem existentem in particulari. Sed haec responsio nulla est; quia ut cognovit primum singulare, vel universale. Non singulare, quia tantum cognovit singulare per reflexionem, secundum eos. Si universale, tunc arguo sic. Numquam sciendum totum suum indifferenter potest universale cognosci in inferiori, nec tantum in obiecto, nec tantum in representativo. (b) Praeterea, dato quod verum esset, quod quidditas rei materialis esset proprium obiectum intellectus conjuncti, quod tamen falsum est, ut supra est ostensum; tamen ratio sua non est vera: nam secundum suam rationem Angelus, cum cognoscat perfecte quidditatem rei materialis, oportet quod ipsam aspiciat in phantasmate, quod est falsum.

Praeterea species angeli, siue (c) quidditas Angelica non minus existit in supposito sua specie quam quidditas rei materialis in individuo eius: si ergo Angelus non abstracti, nullo modo intelligi quidditatem suae speciei sub ratione universalis. Licet ergo quidditas non existat nisi in supposito, vel singulari potest tamen intelligi ab intellectu, non intelligendi, quae existat in eo: & sic sciam est quod assumit, scilicet, quod non potest intelligi quidditas, nisi ut existens in singulari intelligatur. Non enim est de ratione quidditatis, ut quidditas est: quod in singulari existat, licet non nisi in eo existat realiter. Ideo dicendum, quod intellectus est necessarius conversionis intellectus ad phantasmata. Una est conformitas actionum potentiae intellectivae, & phantasia, quia quiddam intelligimus in universalibus illud idem phantasmatur in suo singulari, & simul necessario. Ex quo accidit, quod impeditur operatione phantasia & operatur intellectus sicut simul operatio sensus communis, & particularis, & impeditur operatione sensus particularis, impeditur operatio sensus communis.

Quod causam secundam, vel necessitatem, est intelligendum, quod species intelligibilis abstracta a phantasmate, ut actu per ipsum phantasmatur obiectum particulare phantasia. Antequam igitur intellectus habeat speciem, necessario oportet ipsum converti ad phantasmata, sicut proprium passivum convertitur ad suum proprium activum, a quo simul, & ab intellectu agente recipit speciem intelligibilem; & si eam habet recipit intentionem actus, quae clarus videt obiectum. Scante enim voluntate ad hoc, & phantasia non fatigata, quanto ipsa est magis

a 1. ex. 12. 30. & 39.

b Diff. praesenti q. 3. & 4. c Addit.

in actu ordinato, intellectus in quantum videt obiectum suum proprium, Sed dices, si actus est interior, quanto plus phantasia est in actu: ergo videtur quod non habet terminum, cuius falsitas patet in patria. Dicendum, quod generaliter in his, quae suspiciunt magis, & minus, sicut in habitibus, non quilibet actus auget habitum, vel saltem ille actus, qui non virtualiter continet ipsam generationem: unde aqua an calidam non facit calidior: modicus ignis, vel modicus calor, pura tepidus, sed calor interior, pura, calor, qui virtute est talis: Si autem forma tales habent terminum, non amplius illi actus intendunt habitum. Ita est in proposito. Ad argumentum primum dicendum, quod sunt ibi plures finis. Ad probationem dicendum, (a) quod secundum Philosophum 4. *Metaph.* & Commentatorem, ea, quae oppositionem habent in re, non habent oppositionem in mente. Nam species contrariorum simul sunt in anima: cum tamen contraria simul esse non possint in eodem subiecto, possunt tamen aliquatenus esse idem in esse cognito: nam unum est ratio cognoscendi alterum, sicut rectum est iudex sui, & obiqui, 1. *de anima*. (b) Ad secundum dicitur, quod illa species dicitur, & est habitus, non tamen quidem rationis cum illo, qui per actus acquiritur: Nam ex actibus, non acquiritur nisi habitus ad actus consimiles: nunquam tamen per illam habitudinem fit obiectum in intellectu praesens: per habitum autem, qui est species, fit praesens.

Quaeritur (c) utrum in intellectu nostro sit actualis notitia genita, vel producta. Arguo quod non: actionis non est actio, nec ut termini, nec ut subiecti, nec passio est passio s. *Physic.* sed notitia actualis est actio, vel passio: ergo ipsa non est genita, vel producta: quia hoc esset anima passio, vel actio, & ita esset terminus actionis, vel passionis. Minorem proba, primo sic: notitia est actus secundus, sed omnis actus secundus est actio, vel passio: ergo. Secundo sic, nullum entium consistit praecise in fieri, & successione, nisi sit actio, vel passio: notitia non est permanentium, ergo, &c.

Tertio sic, *Philos.* 9. (d) *Meta.* h. *dist.* inquit a *hinc* in immanentem, & *transientem*: sed notitia est operatio immanens: ergo est actio quia continetur sub una specie actionis, scilicet immanens. Secundo sic ad principale. *Aug.* 4. *super Gen.* cap. 8. dicit quod aer praesente lumine non est factus lucidus: sed sic quia si factus esset lucidus, & non fieret absente corpore luminis, maneret lucidus. Ex his habet quod illud, quod factum est, intrinsece, & de se manet: sed illa notitia non manet: ergo non est facta, nec est genita.

Tertio sic, (e) *Philosoph.* 7. *Metaph.* probat, quod formae non est generatio, sed tantum compositi: sed notitia non dicitur compositum, sed tantum formam: ergo, &c.

Contra, Augustinus, de Trinitate, cap. 12. & 13. Liquidum tenendum est quod omnis res quamcumque cognoscimus, congenitas in nobis notitiam sui. Ab utroque enim notitia paritur, & a cognoscente, & a

a Text. 23. b Text. 35. ad 2.
c Text. cap. 10. & inde. d Text. 16.
e Text. com. 22. 27. & 32.

cognito, & aliquantulum infra partem mensis antecedit appetitus quiddam, quo et quod nosse volumus quaerimus, & inuenimus, nascitur proles, notitia ipsa.

Ita sunt tres breves quaestiones: prima, cuiusmodi entitas sit intellectio, & volitio, & huiusmodi operationes immanentes. Ubi intelligendum est, quod ut ex divisione entis patet, non sunt substantiae, quia intellectio adest, & abest prae ter subiecti corruptionis: nec quantitas, quia non est nisi in corporibus, vel in pluribus rebus distinctis, ut *numerus*: nec sunt habitus, nec positio, nec quando, nec ubi, quia haec dicitur habitudinem ad corpora, vel sunt passiones corporalium, nec aliquid aliorum, ut actio, vel passio, aut relatio: ergo qualitas. Quod autem dico de intellectu, hoc idem dico de volitione, visione, auditione, & sic de aliis operationibus immanentibus.

Primo proba, quod non (a) sit relatio, nec actio, nec passio, quia operatio immanens est ultima perfectio naturae absolute operantis: sed nulla relatio actio, vel passio est huiusmodi: ergo, &c. tamen bene potest importare relationem. Minor patet, quod scilicet ultima perfectio naturae, non sit relatio: relatio enim perfectionem non importat in quantum huiusmodi: & quod ultima perfectio esset relatio repugnantiā includit. Nec est actio, quia actio non perficit agentem sed passum.

Præterea, actio est aequalis terminus realis, hic autem præter intellectio, non est aequalis terminus: nec est passio, quia iam non esset ultima perfectio, quare, &c. Secundo proba specialiter de quolibet, primo quod intellectio non sit relatio, sic Augustinus 7. de Trinitate, cap. 1. *Omnis essentia, quae relative dicitur, est aliquid excepto eo quod relative dicitur, &c.* sed intellectio subest relationi, qui dicitur relative ad obiectum: sicut enim intellectio refertur ad scibile, ut mensuratum ad mensuram, 5. *Metaph.* (b) ita & intellectio: ergo secundum rem, & absolute suum, sive positivum suum, non est relatio. Quod autem non sit actio, vel passio, proba sic: Actio, & passio sunt aliquis termini accipientis esse per ipsas: sed operationes immanentes sunt ultimi termini, quibus nihil accipit esse. Non anima, nec obiectum: nec enim obiectum accipit esse per ipse.

Quod si dicas, quod cum per actus habitus generantur, habitus est terminus dicitur operationum, & sic sunt actio, vel passio. Dicendum, quod dicta responsio magis est ad oppositum, nam quod non est forma activa, non est principium formale inducendi aliquam formam: sed per operationes immanentes inducitur habitus, qui est aliqua forma: sed per operationes immanentes inducitur habitum, ipsum generant, & intendunt. Ad argumentum tamen (licet sit ad oppositum) dicendum, quod actio illa, quae proprie est ad terminum, non potest intelligi sine termino: sed operationes huiusmodi possunt intelligi sine habitu, & esse, ut patet in habitibus habitum intensissimum, ut in Beatris: ergo proprie non dicitur terminus quasi intrinsece, sed quasi consequens, & acciden-

a *Ad 10. Eib.* b *Text. com. 10.*

dentalis. Cum ergo hujusmodi operationes aliquid sint, & probatum est, quod non sunt substantia, nec relatio, nec actio, aut passio, nec quæ quantitas, vel aliquid extrinsecus advenientium, relinquatur, quod sit in genere Qualitatis, & constat, quod non sunt in tertia, vel quarta specie, quia talia solum sunt corporalia; nec in secunda, quia illa sunt naturalis potentia, vel impotentia: Sunt ergo in prima, in qua credo, est omnis perfectio substantia spiritualis, quæ non est Deus, vel quæ non est de eius substantia: ergo qualitates.

Secundum quæstio est, an ad hujusmodi operationes sit aliquis per se mutatio. Erat dicendum breviter, quod sic: quod patet. Nam secundum Philosophum 6. Physic. (a) *Mutari est aliter se habere nunquam prius: sed intellectus actu intelligens se habet aliter, nunc quam prius: ergo vere est mutatio per se: ergo proprie mutatio ad hujusmodi operationes terminatur.*

Tertia quæstio est, (b) an hujusmodi operationum sit productio, vel generatio. Ubi intelligendum, quod secundum Philosophum 7. Metaph. *Forma per se non generatur, sed compositum*, tam in generatione substantiali, quam secundum quid: & sua ratio est, quia omne, quod fit, fit ex materia, tanquam ex eo, quod est pars ipsius, quod fit: cum igitur materia non fit pars nisi compositi, generatio per se solum erit compositi. Præterea, generatio cum sit via de non esse ad esse, illius per se est generatio, cuius per se est esse: compositi autem, sive suppositi per se est esse: ergo, & cetera secundum ergo intentionem Philosophi, quod per se generatur, est divisibile in duo scilicet in materiam, & formam: ideo dixerunt quidam, quod forma accidentaliter habet suum potentiale ex quo fit, & suum formale tanquam intrinseca sui generis. Quod non videtur, (c) quia accidentia non habent materiam, ex qua, sed in qua nec est ad intentionem Philosophi, quia ipse intelligit, quod compositum in generatione per accidens per se generatur, compositum dico ex subiecto, & accidente, sicut sua exempla ostendunt: & ratio sua est; quod generatur, ex eo generatur, quod præexistebat. Ergo dicendum, quod est notitia posse esse terminus mutationis, non tamen generatur, nec producitur: sed per se intellectus noscens, vel potius homo noscens, quia actiones sunt suppositorum, quare, &c. Contra hoc arguo, quod intellectus noscens non per se generatur, quia non est ens per se, sed per accidens: ergo non est per se terminus generationis.

Item, notitia est per se terminus productionis, quia mutationis: sed omne tale producitur; ergo notitia producitur, & generatur. Ad primum dicendum, quod ens secundum quid, & per accidens est simpliciter per accidens, & secundum quid: sicut homo mortuus est homo secundum quid, simpliciter autem dicitur mortuus: generatio ergo simpliciter est in substantia, secundum quid vero in accidentibus; unde de Generatione: (d) generatio ergo ens per accidens, & secundum quid, est

a Text. com. 32. & 73.

b Text. com. 22. 27. & 33. quæst. 3. de oper. immant.

c 8. Met. 12.

d Text. 11. & circiter idem 5. Physic. 1. 7.

est generatio simpliciter per accidens, & secundum quid. Ad secundum dicendum, quod est terminus alterationis, & mutationis: terminus autem alterationis est forma, & simpliciter mutationis: non tamen productionis: ubi intelligendum, quod mutatio est per se inuicibilis, alteratio alterabilis, & motus mobilis. Illud autem dicitur proprie alterari, & mutari, quod de non tali fit tale, puta de non albo album, de non nocente nocens: forma ergo, qua fit tale, proprie est terminus mutationis; non tamen mutatur, sed tantum mutabile mutatur. Productio autem proprie est solus terminus, cui per productionem acquiratur esse: cum ergo forma, quæ est mutationis terminus, non habeat esse proprie: sed sit illud, quo compositum habet esse, ideo ipsa non dicitur produci, nec esse terminus productionis, sed tantum compositum, sive illud compositum sit ens per se, sive per accidens. Et hujusmodi differentia patet, quia de termino mutationis, vel de forma, non dicitur, quod mutetur, vel alteretur; sed est terminus mutationis tantum: de termino autem generationis, & productionis dicitur, quod est generatur, & productus, sive generatur, & producitur. Ex his corollarie potest concludi, quod intelligere, & velle in Deo, non sunt actus productivi, nec per consequens principia actuum notionalium, qui sunt generare, & spirare. Intelligere enim, & velle in Deo, actus operativi sunt, quibus ipse beatus quasi perficitur: non autem sunt productivi. Ex quo patet, quod nec notitia generatur, nec amor simplex, sicut rationes productivæ, sine quibus persone non producantur, ut quidam dicit, & superius est improbatum. Unde intelligere, & velle in nobis, non sunt actiones, vel passionis, ut dictum est, dicere, autem, sive intellectionem producere, & spirare, seu amorem elicere, sunt actiones (a) in nobis, & de genere actionis, vel quasi de genere actionis: quare, &c.

Ad argumenta principalia. Ad primum dicendum, quod major est vera, sed minor est falsa. Ad evidentiam autem ejus, & argumentorum, quibus ipsa minor probatur, intelligendum, quod actio proprie sumpta, tres habet proprietates: Una est, quod est in continuo fieri, aque enim dependet ab agente in secundo, & ultimo instanti, & in primo; imo in quolibet quantum durat. Secunda proprietates est, quod est circa aliquid, circa quod operatur, in quo est ut in subiecto. Nam actio non est in agente, sed in passio. Tertia proprietates est, quod est circa aliquem terminum, ad quem terminatur, qui esse accipit per eam. Idem intelligit de passione, Operationes ergo immanentes assimilantur actioni, & passioni in prima conditione, & secunda, non autem tertia, quæ est completiva. Ad argumentum ergo primum, quo prædicta minor probatur, concedo, quod est actus secundus: nego tamen quod omnis actus secundus sit actus vel passio, imo est qualitas. Ad secundum dicendum, quod assimilatur in prima conditione, unde lumen, est sit etiam continue, non tamen est actio, sed actionis terminus. Ad tertium dicendum, quod divisio actionis quedam est immanens, quedam transiens: Uno modo est æquivocæ, sive

a Henri. ubi sup. d. 2. part. 2.

sive vocis in sua significata. Alio modo univoci, sive generis in suas species: Si enim accipiatur actio et sicut, & operatio inmanus, quæ est *intelligere, velle, videre*, & huiusmodi, significata sunt univoci quæ tantum scilicet actionis, & nulli sunt univoci. Si autem dicatur, actio quædam est transiens, quædam inmanens, ut effectio intellectiois, quæ inmanet, sicut & ipsa intellectio, tunc est divisi univoci in suas species. Ad secundum principale dicendum, quod non intendit Augustinus negare lumen esse, ut fieri ab agente, & factum esse simul; sed non permanere sine presentia agentis, sicut nec creatura rationalis conservatur in gratia, sine divini presentia: nam ad hoc, ipse eam inducit. Ad tertium patet per prædicta in tertia questione, quare, &c.

Q U Æ S T I O VII.

Utrum pars intellectiva, vel aliquid ejus sit causa gignens, vel ratio gignendi notitiam actualem?

Secundo quæro (a) de notitia genita, quæ sit causa gignens, vel ratio gignendi eam. Et queritur utrum pars intellectiva proprie sumpta, vel aliquid ejus sit causa totalis & gignens notitiam actualem, vel ratio gignendi. Et arguitur, quod non: (b) quia secundo de Anima probat Philosophus finium esse passivum, non activum, per hoc, quod si esset activus, semper ageret; sicut si combustibile esset combustivum, semper combureret. Ita arguitur in proposito, si pars intellectiva esset activa, respectu intellectiois, semper intelligeret, & ita sine objecto: quod est falsum. Contra autem ratio ex secundo de Anima: (c) *sensibilis, & sensus est unus actus*, pura sonatio, & auditio est idem actus: ergo a simili motio activa objecti, & motio passiva intellectus, quæ est intellectio, est idem actus: (d) ergo intellectio est ab objecto. Secundo sic, tertio de Anima, *Intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, sicut intellectus agens est, quo est omnia facere*: ergo intellectus possibilis saltem non erit causa activa respectu cognitionis, sicut potentia passiva non est activa respectu actus. Tertio sic. Actiones distinguuntur penes distinctionem principiorum activorum: si igitur intellectus, qui est indistinctus, sit principium activum omnium intellectiois; tunc omnes intellectioes essent ejusdem speciei: & si omnes intellectioes: ergo & omnes habitus, & ita consequenter omnes scientiæ essent ejusdem speciei. Ad oppositum Avic. o. M. taph. e) *Immaterialitas est ratio intellectiva sicut intellectus possibilis*: igitur intellectus sive pars intellectiva, ex immaterialitate sua, se sola est activa respectu intellectiois, sicut receptiva.

Item si obiectum, vel aliquid ejus, esse ratio formalis agendi: ergo intellectio s. obiectorum diversorum in specie, (f) essent diversæ speciei, quod est falsum. Consequentia probatur, quia actus differunt speciei,

qui

a Al. quæro quæro. b Text. c. m. c. 2. Arg. 2.
c Text. com. 138. & inde. d Text. com. 18.
e Text. 3. & inde. f 2. de anima. l. c. 33.

qui sunt a causis diversis speciei. Falsitas consequentis probatur, quia eane de quilibet specie specialissima, esset propria scientia: & ita de pluribus speciebus specialissimis, non posset esse una scientia. Probatur etiam idem per Philosophum 1. Ethic. ubi vult, (a) quod *intelligere est propria operatio hominis, secundum quod homo*: cuius autem speciei est operatio una secundum speciem.

In ista questione est una opinio, (b) quæ attribuit etiam adivocem respectu intellectiois, ipsam animam. Et imponitur Augusti, qui dicit 12. super Genes. Quod *quis imago corporis est in spiritu, qui est præstantior corpore, ideo est præstantior imago corporis in spiritu, quam ipsum corpus in sua substantia*: & sequitur, *neq. sane putandum est, facere aliquid corpus in spiritu, tanquam spiritus corpori facienti materia vice subdatur*. Omnis enim modo præstantior est res, quæ facit, illa re, de qua facit, nec ullo modo præstantior est (c) corpus spiritui, imo spiritus corpore. Quamvis ergo incipiat imago corporis esse in spiritu, tamen eadem imago, non corpus in spiritu, sed spiritus, in seipso facit celeritate mirabili & sequitur, *cujus imago, mixta ut oculis visa fuerit in spiritu videtur, sine alius puncti temporali interpositione formatur*. Item lo. de Trinit. cap. 5. *Anima convolvit, & rapit imagines corporum factas in semetipsa, & de semetipsa. Dat enim eis formantem quiddam substantiam suam, servat autem aliquid, quo liberare de talium imaginum specie judicat, hoc est mens quod est, rationalis intelligentia, quæ servatur, ut judicet. Nam illas animæ partes, quæ informantur corporum similitudinibus etiam cum hostiis communitas habere sentimus, ut dicit ipsa auctoritas, & expressius præallegata. Pro ista opinione arguit per rationes sic. (A) Effectus non excedit causam in perfectione: melius est autem omne vivum non vivente, secundum Augusti, de Civit. ergo operatio vitalis, non potest esse, nisi a principio agendi vitali, vel vivo: ista operationes cognoscendæ sunt operationes vitales: ergo sunt ab ipsa anima facta a ratione gignendi. Secundo sic. Quanto forma est perfectior, tanto est actualior, & per consequens activior, quia activum esse convenit alicui inquantum est in actu: sed anima intellectiva inter omnes formas est actualissima: ergo maxima activa. Igitur se habet in ratione activi, & se sola seipsam movet in operatione sua: cum etiam hoc possit formæ imperfectiores, sicut patet de formis elementorum, & quorundam mixtorum. Tertio sic, Philosoph. 1. Prædic. & 6. Ethic. & 9. Metaph. (e) distinguit inter actionem, & factioem, & vult, quod actio proprie dicta manet in agente, sicut exemplificat ibi de speculatione: intellectio igitur proprie est operatio manens in agente: manet autem in parte intellectiva, ut dicit Philosoph. 9. Metaphysic. ergo erit ab ea, ut ab agente. Quarto, & est quasi idem. Actio proprie dicta, ut distinguitur contra factioem, denominatur agens: intellige-*

Tom. 7.

T

re

a Cap. 9. b Opinio Henr. quodl. 4. q. 7. & Propositus.
c 3. de Avic. Text. 19. d Henr. quodl. 1. q. 5. Dist. 2. 6. 16.
& 15. de Trin. c. 4. & 2. de Genes. animal. in po.
e Text. 25. Cap. 5. Text. 161.